

DEO DUCIS
MEDITATIO S. EVANGELII.
DOMINICÆ IV.
POST TRINITATIS.

Additis S. Patrum dictis, Quæstio,

numq; aliquot decisione, ad uberibrem textus, cùm opus est,
explicationem, & Heterodoxorum refutationem..

QUAM

In Regia Aboënsi Academia.

PRÆSIDENTE

DN. AE SCHILLO PETRÆO
S. S. Theol Doct. Profess. & Civitatisjusdem Pastor.

Examini subiicit, in Auditorio Majori, boris solitis
Ad diem 14 Novemb: anni 1651.

JONAS NICOLAI SPORLINUS
SMOLANDUS

Lyra in hunc modum.

Quare quidam media incerte quo animo sicut, quia bene & male possunt fieri. Nescimus
etiam qualis furvus est qui nunc apparet malus, de cuius correctione desperare
cum que quasi abieictum reprehendere temerarium est. De apertis qua bono
animo fieri non posse: Permittitur nobis Judicare.

Lutherus in hunc Locum.

Cui igitur mundi & carnis exemplum potius patris celestis, quid aliud agit, quam ut pro
gratia iram Dei sustineat, pro Deo misericorde infensilium & truculentissi
mum experiatur.

A B O E

Excudebas Petrus Walde/ Acad. Typogr. anno. 1651.

VIRIS
Reverendis doctissimis & humanissimis ut &
prudentissimis Dominis

Dn. BOETIO MURENIO

Ecclesiæ Saltyicensis Pastori meritissimo ut & totius
tractus Alandensis Præposito gravissimo:

Dn. ERICO N. NYCOPENSI

Pastori iu^goglo^o vigilantissimo ut & Nuiritio suo li-
beralissimo.

Dn. Jonæ Ivari Copingensi Tra- ctatus Alandensis Nomotetæ perassiduo,

Dn. Erico Erici Portulino in ~~Fos~~ glō^o Verbi Dei coministro fidelissimo.

Dn. Samueli N. Ram in regio Ju- dicio Aboensi auscultanti dexterita paciora suo perfidi.

Dn. Carolo Erici Portulino artiu^m liberalium Studioso indefesso.

Dominis Mecenatibus fautoribus benefactoribus &
amicis plurimum honoraude, colenda Sacram hanc Evange-
lii meditationem officiose inscribit & offers

Respondens

JONAS N. SPOKLINUS

MEDITATIO TEXTUS.
DOMINICÆ IV.
POST TRINITATIS

In Sanctæ & Summæ laudanda TRINITATIS, MATRIS,
FILII & SPIRITU S. SANCTI Nominis.

Ecce quam bonum & iucundum habitare fratres
in unum: sicut unguentum in capite quod descen-
dit in barbam barbam Aaron; quod descendit in eram vesti-
menti ejus; Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion,
quoniam illic mandavit Dominus benedictionem & uitam usq;
in seculum, Psal: 133. v. 1. & seqq;. Quibus verbis Plate-
nista commendat concordiam inter homines, quod
bonum & iucundum est, quod fratres habitant in unum, nem
solum fratres naturales sed etiâ concives & vicini. Habitare
inquit Lutherus, in unum id est, cum divites, potentes
Sancti, sapientes, sufferunt & complectuntur pauperes,
humiles, peccatores, & stultos. Quam vero bonum
hoc sit & iucundum Psalmita docebus si nilitudinibus des-
clarat. Quod hæc concordia fratrum sit instar praetio-
si balsami fluentis ex Aralois capite in eis barba & ejus
vestes: Altera similitudo est hæc: Concordia fratrum
est instar descendens roris ex monte Hermon in montem
Sion. Quam gratum sit oleum hominibus, in proprie-
tate est: Et quod ab hominibus amatur enim effusio
oleo comparatur Cant. 5. Quasi oleum effusum nos
men tuum. Item tam libenter ab omnibus auditus
quoniam tu es quam ab omnibus amatur oleum bonum.

Præteres in hoc Psalmo concordia fratrum & vicinorum comparatur cum rore qui etiam gratus est in astate & siccitate. Unde etiam Jacob Patriarcha Gen. 21. 28. Optat de rore cœli. Quomodo ausrem inter fratres concorditer vivere queamus in hodierno Evangelio a Christo docetur.

Oremus autem Deum, ut hodiernum festum ita celebrare. Et
Evangeliumque ista meditari queamus, ut cedat in nominis die
vini gloriam, nobis in augmentum & incrementum doctrine,
& bonorum operum, in spem & fiduciam, & tandem in aeternam
beatitudinem: Dicamus igitur. Pater noster &c.

EVANGEL.: Luc. 6 vers. 36.

Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Nolite judicare, & non condemnabimini: Nolite condemnare, & non condemnabimini: rem ittite & remittetur vobis. Date & dabuntur vobis: mensuram bonam & confertam & concussam atque exundantem dabunt in finum vestrum, eadem quippe mensura quia metimini, metientur alij vobis. Dicebat autem illis si militudinem, nunquid pastest circus circumducere? Nonne ambo in foream caudent? Non est discipulus supra Magistrum suum perfectus autem omnis erit sicut Magister ipsius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tuus; Trabem autem que in oculo proprio est, non animadvertis? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, sine eyciam festucam que in oculo tuo est: Ipse in oculo suo trabens

non videns? Hypocrita, ejusce primum trabem ex oculo tuo: Et tunc perspicies ut ejus ias festucam quae est in oculo fratris tuis.

Christus ut refert Sanctus Lucas in verbis prioribus capitulo ad monte re suos auditores ut diligerent inimicos suos, benefacere in his, qui odissent se, ut sic ostenderet nihil indesperandum esse aut expectandum. Quod nemo fecit praeter Christum hominem ut inquit Lutaeus in hunc locum moneret Christus ut benedicant males acceditibus tibi, oreant pro calamitantibus & prebeat percutientiam in unam maxillam, etiam alteram, non prohibeant tunicam volunti auferre: omnes vindictae cupidos intelligendo, ut dum omni petenti dona faciant alios, prout vellet sibi fieri ab ijs: in fert quoq, Christus ideo nullum esse apud Deum gratum, si diligit eos qui vicissim eos diligunt: Si beneficerint eis qui vicissim beneficere possunt. His admonitionibus subnatur hominum Evangelium in quo admonitionis instituitur ad misericordiam declarandam & exercendam, ad cavendum judicium de proximo condemnando. Ad liberalitatem erga indigentes: proponit etiam Christus eis si utilitudinem aliam, ubi inquit: nunquid potest caecus eorum ducere, nonne ambo in foveam cadunt. Secundo quod non discipulus supra magistrum; Ille qui habet trabem in proprio oculo, non posset videre festucam in oculo alterius, nisi ejiciat trabem de oculo proprio. Ad monemur praecetti quinti in hoc Evangelio: non occides, hoc est proximo non agrave faciamus: nullum vero damnum inferamus. Admonemur etiā praecetti octavi ne falsis mendacijs eum involvamus, traducamus, aut injuria aliqua afficiamus, sed eum excusemus

& omnia in meliorem partem interpretetur excita-
mur etiam ad condonationem & dilectionem proximi
juxta quintam petitionem, in qua petimus nobis remit-
ti nostra debita sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris.

P A R T E S.

1. De Christi ad misericordiam adhortatione.

2. De operum misericordia explicazione.

Atq; hæ sunt istæ partes, quas hac vice breviter & sim-
pliciter tractare constituimus: Omnipotens & aeternus
Deus, Pater noster celestis dilectissimus, nobis omnibus benedic-
cas, cunctaq; utiliter & fructuose cedere faciat.

P A R S P R I M A.

In qua meditamur:

I. Christi in verbo estote in-

tentionem: Dicit Christus ad auditores suos: Estote misericordes. Hac forma adiunctionis arguit & ostendit auditores hacten non fuisse tales, item hos debe-
re fieri misericordes modo evellent esse discipuli & credi-
ci: Christus video vos hacten duros fuisse & in humana nos de-
non misericordes, hoc vero non decet vos, delistite a ve-
stra duritate & inhumanitate, estote misericordes. Deo-
us toleravit vos hactenus, non usque adeo misericordes,
nunc est tempus recipisciendi. Nec dubium est quoniam Christus
hoc mandato precepit ut perseverent in misericor-
dia, & non solum incipiunt bene currere, sed etiam re-
defessi sint in exercenda misericordia. Non prius rite
desinereant esse misericordes, licet multos experientur
logatos, quibus misericordiam exhibuerunt. L.G.

L. C. 1. Hoc Christi adhortatio ad misericordiam. Stendit nos non esse prinos & proclives ad misericordias opera sed duros & in misericordes. Hoe vitium etiam contraximus ex primis parentibus quando illi non abstinerunt à veritate arboris fructu: extincta tunc dilectio proximi & Dei: Ut opus sit preceptis & manus datis tanquam escaibus ad pellendum eos ad misericordia exercitia & ideo ut ait Lutherus in prefatione N. T. toties repetitur decalogi praeceptum de diligendo Deo & proximo videlicet propter nostram frigiditatem & tarditatem ad diligendum Deum & proximum. Est enim proch dolor fratrum dilectio rara. Id quod etiam magnam nostram naturam perversitatem & corruptio nemarguit.

L. C. 2. Non sufficit incepisse misericordiae exercitium requiritur eius continuatio & perseverantia in illius exercitio. Qui perseveraverit usq; ad finem salvus erit. Dicit Apostolus, quosdam herere currere, qui tamen impediuntur, postea id quod a gre fert. Gal. 5. v. 7. Multos dicit currere in studio, non omnes accipere bracium; monet ut ita currant ut ejus fiant participes. Hortatur Apostolus ut simus in charitate & in fidelitate Eph. 3. Piget quidem nos non raro exercere misericordiam propter hominum ingratitudinem quorum magnus est numerus. Cum Christus curavisset 10. Leprosos tantum unus ex eis ut vidi quod mundatus esset, regressus est magna voce laudans Deum: novem vero illi remanserunt. De quibus Christus: Novem s. illi ubi? Non est regressus ad dandam gloriam Deo nisi hic alies nigena. Verum non propterea bene ceptis dissidentium continuemus cursum in misericordia studio. Respicitemus autem mandatum, Estote misericordes: Pe-

trus aliquando certum numerum voluit scire, quoties
remittendum esset proximo in nos delinquenti. Est ne
inquit, satis re nittere eis septies? respondit Christus:
non solum septies sed, septuagies septies, hoc est quo-
tiescunq; deliquerit contra nos. Non enim vult interi-
cum nec perdere desiderat nos. Sic etiā in præstanda mi-
sericordia Dei mandatum intelligendum., Exod. 23.
Fest Deus hanc legem ut quotiescunq; vidrīt quis bo-
vem proximi errantem toties, reducat. Quoties vide-
git asinum ejus quem odit succumbere oneri, toties,
debet ipsum cum onere erigere: Hoc non semel sed
septies & quoties opus est. Orandum verò cum primis
Deus ut oleo Spiritus sui Sancti nos ingat ut molle-
scat cor nostrum ad præstandum misericordiam, alias
vero nimis indurescit.

II. Patrijs coelestis in miseri-
cordia præstanda imitationem. Hanc inculcat Chris-
tus dicens : Estote misericordes sicut & pater vester
misericors est Primo quidem optime notandum, Deum
omnipotentem, dicū nostrum patrem : Sicut pater vester
inquit Christus, misericors est. Hic pater in dicalogo
vocatur tantum Deus. Non habebis Deos alienos co-
ram me, inquit Deus. Vocat se postea fortē zelotem
visitantem iniquitatem patrum in filios in tertiam &
quartam generationem. In Symbolo Apostolico voca-
tur pater omnipotens; Credo in Deum patrem omni-
potentem factorem celi & terræ: & in Symbolo Nice-
no visibilium omnium& in visibilium. In Oratione facto-
rem Dominica dicitur: Pater noster qui es in cælis'.
L. C. Felices sumus & beati, qui sumus hujus patris
coelestis filij. Sicut pater vester inquit Christus. Ma-
gnum

gnum est habere patrem Regem, habere divitiae pa-
trem. Verum nihil est haec prærogativa in respectu
ad hanc dignitatem quod simus filii Dei. Haec summa
est nobilitas. Casares & Reges alijq; potentes superi-
orem nobilitatem non inveniunt, illis est quoq;
hic gradus supremus nobilitatis. Sed hunc habent
omnes patrem: Nullus enim inter nos erit primus post
hanc vitam. Omnes erimus sicut Angeli Dei. Malachias
Pqopheta hinc deducit hoc argumentum. Si os-
mnes habemus unum patrem utiq; non debet altera alterum
contemnere, Malach, 2. 10 & cap. i. Propheta di-
cit Deum capere aliud argumentum ex eo quod sit no-
ster pater, videlicet quod velit etiam honorari a nobis
& diligi Deus, ut filius honorat patrem, & servus Domini-
nū. Si ergo pater noster ego sū inquit, ubi est honor me⁹,

III. Imitationis modum. vide

licet in quo imitari debemus patrem cœlestem in misericordia prestantam, ut simus ita misericordes, ut ille est misericors. In quo debeamus imitari Dei misericordiam exprimit Christus paulo ante in verbis præcedentibus dicens; & eritis filii altissimi; quia ipse benignus est super ingratos & malos. & Matth. 5. Specialius exponit quod sit bonus super ingratos & malos & super iustos & iniustos, videlicet quod solem suum sinit oriri utrisq;, pluit & super utrosq;. Quod sit magnum Dei beneficium, quod detur hominibus panis quotidianus. Minatur quidem Deus se clausurum cœlum propter ho-
minum impietatem, sed non mox tamen claudit suum cœlū. Non facit illum mox æneum nec terram ferreā. In quibus similitudinibus & locutionibus significatur Dei longanimitas, expectans eorum qui iniqui sunt & mali

sibi gratiam conversionem, delectatur enim conversione
peccatoris ad Deum magis quam nonaginta novem ju-
stis qui non indigent poenitentia Luc 15. In hoc vult
Christus nos imitari patrem nostrum: Nam in homine nunquam
talis misericordia invenitur qualis est Dei; quod Deus
etiam luculenter ostendit Os 8. 11. Ubi dicit suam mi-
sericordiam superare hominum misericordiam, v. 8. & 9.
L. C. Bono simus animo scientes nos habere tam bo-
num & misericordiam patrem, non desperemus de ejus
longanimitate & bonitate, sicut ex infirmitate peccave-
rimus, exercet etiam in nos misericordiam. Est mi-
sericors non omnino deserit nos neque perdit nos. Si
quae siverimus eum inveniemus eum Dert. 4. Cum pri-
mis vero Christus etiam hoc intendit, ut simus Deo
patri nostro in hoc similes ut persistamus in probitate
nostra & misericordia erga bonos & malos. Tobias
non cessabat exercere misericordiam in suos proximos
sepeliendo eos jugulatos in plateis, ubi erant captivi,
quamvis ejus amici hoc dissuaderent ei, quamvis etiam
coecus factus, permanxit tamen in timore Dei immobi-
lis Tob. 2. Et de eo refertur cap. t. 19. quod quotidie
pergebat per omnem cognitionem suam & consolaba-
tur eos dividebatque unicumque prout poterat defacultariis
bus suis, esurientes alebat multisque vestimenta praeb-
ebat & mortuis atque occisis sepulturam solus exhibebat.
Sicut itaque Tobias, Job, & alij sancti imitatores Dei e-
rati in perseverantia in benignitate & bonitate etiam erga
inimicos, sic & nos conabimur Dei & illorum esse imi-
tatores. Et hoc est colligere ignitos carbones super caput
inimici nostri Rom. 12.

SECU NDA PAR S.

In prima parte audivimus abortationem Christi gelidam

neralem ad misericordiam, in hac parte de explicatio-
na operum misericordiae docendum restat.

In qua meditamur:

I. Misericordiae primū opus cu-

meminit Christnsin hodierno Evangelio. Est vero
primum opus misericordiae juxta enumerationem
Christi in hoc Evangelio: consistens in verbis & linguis;
non judicare, non condemnare. Hujus operis explicatio-
nem suppeditat Christus hac similitudine. Quid vides
festucam in oculo fratris tui; hypocrita eiice primum
trabē ex tuo oculo. Et quod Christ⁹ alibi dicit exprobrās
Pharisæis quod colent culicē & deglutiant camelū. Hoc
est tam atrociter æstiment leviora diliacta vel iufirmitas,
tes quibus proximus obnoxius est, suas vero transgres-
siones & errores nolunt agnoscere. Ad hoc misericordiae
opus: ne quenquam judicemus & condemnemus, hortau-
tur nos Sanctus Jacobus, cap. 4. v. 11. & 12. His verbis no-
lite detrahere alteri invicem fratres mei. Qui detrahit
fratri, quiq; judicat fratrem suum detrahit legi & judi-
cat Legem. Si autem judicas legem non es factor legis
sed judex. Unus est legislator qui potest perdere & lis-
berare tu autem quis est qui judicare præsumis alterum!
est ergo in hoc Christi sermone primum opus misericor-
diae de scribit dicens' quod: Nolite judicare; & non
condemnabimini, nolite condemnare & non conde-
mnabimini. Non nō judicare & condemnare idem est
quod proximum falsis mendacijs non involuere, & in-
famia traducere vel etiam citò credere rrumori malo de
proximo sparso: Id quod Deus. Exod. 23. v. 1. vetet Prohi-
bet fidem habererumori malo de proximo: Hujus bo-

ni operis retributionem ostendit Christus fore: quod non judicabimur non condemnabimur. Nolite inquit Christus judicare & non judicabimini, noli condemnare & non condemnabimini.

L. C. Meminimus juxta Christi monitum neminem esse judicandum aut condemnandum, hoc est neminem mendacijs involvendū traducendum vel infamia aliqua afficiendum, scientes hoc esse misericordiae opus. Et quod hujus operis magna merces sit futura. Quod non ipsi judicabimur non condemnabimur, beati inquit dicitur, matth. 5. Misericordes quoniam misericordiam consequentur. Abstinebunt alij a iudicio de nobis nec non condemnatione. Interpretabuntur alii vicissim nostras infirmitates pallio charitatis. Quod certe magnum est præmium. Quis non optat suum dictum fore in melius interpretandum.. Neq; enim ita sumus perfecti ut nihil committamus reprehensione dignum. Et cui verbum non excedit? Id quod etiam perpendens Sanctus Jacobus dixit. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quod majus iudicium sumpturi simus. In multis enim offendimus omnes, si quis in verbo non offendit hic perfectus est via potens etiam fræno circumducere totum corpus ; Vide v. 3.4.5.6.7.8.9.10. usq; ad finem capituli. Notandum quod Sanctus Jacobus etiam utitur eadem voce. Nolite inquit fratres mei plures magistri fieri. Nolite vos qui neq; judices estis in foro politico & non estis doctores in Ecclesijs. qui non estis patres & matres familias, aliorum mores qui vobis non sunt subditi rigorose censere, judicare & condemnare. Erit vobis haec misericordia ut alij vicissim parcatur vobis calumnijs & defamacionibus non nerabunt, Habeus vicinos bonos, nostram in melio-

liorem part interpretantes. Conversationem id pars est
p̄nis quotidiani; qui a Deo etiam petendus. Est enim
beatitudo servatum esse à mala lingua, Syr. 28. 23. 24.

25. 29. 27.

II. Alterum misericordiæ o-

p. Alterū Cujus Christ⁹ in hoc Evangelio meminit con-
sistens in ipso facto: est offensorum condonatio. Hoc sic
proponit Christus: remittite & remittetur vobis. quasi
dicat Christus, si, quod optandum est, vos mei discipuli &
qui studetis pietati, possitis vobis à temerarijs judicijs &
condemnatione proximi cavere, & ita vos, alios non of-
fenditis: aliter tñ. nō fieri potest quin aliquādo alij vos of-
fendant verbis & factis, mala de vobis loquendo, male-
faciendo vobis, ut ad iram concitem ini, si quidem infir-
mi estis & non potestis multa judicia iniqua perfe-
re: Scitote vobis necessarium esse & vos teneri con-
donate tales offensas; Si modo velitis ut vobis remit-
tat pater meus cœlestis vestra delicta quæ etiam
non sunt exigua vel parva. Inveniet & ille, ratio-
nem vobiscum conferens non exiguum debitum, debe-
tis magis quam estis solvendo. Remittite itaq; & vos
vestris debitoribus, ut vestra duritas non sit obstaculo
quo minus Deus remittat vobis^s. Vestra quidem re-
missio & condonatio non potest mereri à Deo remissi-
onem vestrorum debitorum, sed vestra duritas tamen &
ad eondonandum tarditas obstat quo minus Deus vobis
propitius esse velit: Ideoq; dicit, remittite & remitte-
tur vobis^s.

L. C. Non servandum diu odium: extingendum, nō
diu proximi offensarum recordandum, non diu ira cu-
stodienda; memores simus illius non occidat sol fuper
iram

iram vestram: tardi simus ad iram veloces ad condonandum. Quotidie enim nobis orandum dimitte nobis debita nostra. Ergo meminerimus condonanda esse debita proximi. Parabola de servo cui condonatum est magnum debitum decem milia talentorum, & tam duriter & in humaniter traxit suum conservum ob exiguum debitum centum denarios, denuo ad judicium revocatur & duriter excipitur sic compellatus, serve nequam, &c. Huic irrasetur Dominus & tradit tortoribus donec totum debitum solverit. Sic inquit Christus faciet vobis pater meus cœlestis nisi remiseritis ex corde suo quisq; fratri quod deliquerit Matth. 18. Syrach gravissime hortatur ad condonationem proximi, cap. 28. 33. usq; ad v. 10.

III. Tertium misericordiæ opus.

Consistit hoc in facto & liberalitate. Ita exponit Christus dicens: date & dabitur vobis: Mensuram bonam & concussam & superfluentem dabunt in sinum vestrum: Eadem mensura qua mensi fueritis, remetentur vobis alij. Hortatur Christus ad dandum, ut nihil expectemus, & dandum ita, ut expectemus solutionem, ut demus mutuum. Vult Christus nos esse liberales erga indigos & inopes, non duros, non tenaces non in humanos. Promittit etiam his largam retributioinem dicens: date & dabitur vobis & quidem eadem mensura qua metimini alij remetentur vobis.

L. C. Non simus difficiles ad dandum, sive gratis, sive mutuo est, Christi mandatum est, misericordiæ opus. Habet etiam hoc opus misericordiæ egregiam retributionem & recompensationem. Non diminuitur ruicquam de mensura. Quod ctiā promittitur Psal. 112, v. 5, 6, 7, 8: 9, 10

IN funde quæ sumus Domine famulis tuis Spiritum
veritatis & pacis, ut quæ tibi placita sunt, toto cor-
de cognoscant & agnita, tota veritate sequantur, per
Christum Dominum nostrum, Amen.

Benedictio, & Claritas & Sapientia, & Gratiarum actio, & Honor, & Vir-
tus, & Fortitudo, DEO nostro, in Secula seculorum, Amen. Apoc. 7:18.

Q U A E S T I O N E S

AN sit prohibitum ministris Ecclesiae falsa dogma-
ta judicare & damnare. *Resp.*

Non est prohibitum ne ministri Ecclesiae fal-
sa dogmata (diligenter ad verbum Dei examina-
ta) judiceant & damnent: id enim fecit Chri-
stus: Idem fecerunt Prophetæ & Apostoli. Ne-
què Christus his verbis magistratus officium ab-
rogat: Cujus est proprium, judicare & conde-
mnare improbos, ut puniantur. Hoc enim Scri-
ptura sàpe, a magistratibus exigit: neq; cuiquam
Christiano interdictum est, ne impiam doctrinam
& cultus perversos ex verbo Dei judicet atq; con-
demnet: Si enim falsi doctores (tanquam lu-
pi tapaces) fugiendi sunt, utique judicandi &
damnandi sunt.

2. *An qui sub falsis doctoribus vivunt omnes
pereant & damnentur? Resp.*

Quod

Quod Dominus olim sub Pharisæorum cor-
ruptelis, & postea in papatu multa hominum mi-
lia conservavit, ut aut in humanis meritis non
confiderent, aut eam fiduciam in agone abijce-
cerent & in solum Christum, mediatorem uni-
cum, confiderent atq: Salvarentur; hoc non mi-
nus miraculum est, quam quod Dominus tres so-
cios Danielis in media fornace ignea illæsos con-
servavit, Dan. 3. interim tamen maxima diligen-
tia Synceritatem doctrinæ conservare studeamus
ut retineamus hoc medium, per quod salutem
consequi possimus ne Deum tentemus. Pessime
igitur filijs suis consulunt, qui eos in tenera ætate
(cum non dum confirmato sunt iudicio) ad ea
loca mittunt, ubi viget falsa religio. Perinde
enim faciunt ac si quis filium suum conijceret in
incendium & rogaret Deum ne in igne periret.
Nolite (inquit Christus) audire falsos doctores
Pharisæos malos legis divinæ interprætes: non
enim evadetis doctiores aut meliores, quam
illi magistri sunt: Hypocrisia disce-
tis, non veram pietatem: Quem-
admodum & ipsi sunt
hypocritæ.

